De federe qđ stati  
tuit ꝓplus ad deū

Euoluto autē multo tē
pore congregauit iosue
omnem israhel in sichē
et ait ego hodie ingredi
or viā vniuerse terre et scio vos ꝓnos
ad irritandum deum. Eligite ho
die qđ placet cui potissimum ser
uire debeatis vtrū dijs quibus s
uierūt patres nostri in mesopota
mia an dijs amorreorum in quorū
terra habitatis ego autem et do
mus mea seruiemus domino et
ait populus domino seruiemus
absit ut ab eo recedamus et dixit
iosue. Testes vos estis quia ho
die elegistis vobis dominū. Et re
sponderunt. Testes sumus. Et ascē
derunt in silo ut starent coram do
mino. Percussitq̧ populus in die
illa fedus cum domino et insignū
federis effudit iosue aquam sup
terram. Mos erat gentibus in si
gnum federis et robur initi sāgui
nem fusum effundere quasi dice
rēt. Sic effundetur sanguis illius
qui violauerit hoc fedus. Hebrei
vero aquam fundentes: atrociorē
penam in violatorem indicabāt
Alij enim liquores non effundū
tur de vase quin aliquod vestigiū
sui in eo relinquant. Solus aque
liquor prorsus effunditur quod
faciebant hebrei in federe inito cū
domino. quasi diceret. Non solū
violator huius federis peribit. si
cut in alijs fit federibus. sed tota
progenies eius peribit cum eo ut
nullum vestigium eius appareat
super terram. Scripsitq̧ iosue in die
illa verba hec in volumine legis
dei .i. in libro hoc et tulit laudē per
grādē. Posuitq̧ eū subter quercū q̄
erat in sācuariū dñi et ait. En la
pis iste erit vobis in testimoniū. So
lebāt enim veteres huiusmodi durabilia
erigē ut sui diuturnitate veteres
huiusmodi posteris initum fedus in me
moriā reuocarēt. Dimisitq̧ iosue
ꝓplos singulos in possessionē suā.

De morte iosue et eleazar.

Post hec mortuus ē iosue cū
eēt centū et decē ānorū. q̄
dragintaq̄tuor ānorū erat
cū accessisset ad moysē nec q̄dra
ginta ānis suuit ei in deserto. ex
quo colligitur q̄ vigintisex annis
rexit populū trās iordanē et sepe
lierūt eū in tannasara q̄ sita ē in
mōte effraim. Eleazar q̧ mortuus ē
et sepelierūt eū in gabaa finees et
filij eius q̄ data ē ei in monte ef
fraim qui succes sit patri in sacer
dotiū.

Gabaa finees pōt eē nomē ci
uitatis a finees ibi sepulto vel
possunt esse due dictiones.

Incidens.

In diebus iosue ericonius primus inū
xit q̄drigā in greciā erat quippe
apud alias nacōnes. Busiris ty
rānidē exercuit in hospites phenix
et cathmus de thebis egipciorū in
siriam profecti in regione thiri et
sidonis regnauerūt. Sed cathmo
recedente in greciā terra a phenice
phenicia dicta ē Europe filie pheni
cis: iupiter mixtus ē. danaus per
q̄nquaginta filias. l. filios egi
sti fratris sui interfecit vno tm̄ su
ꝑstite qui regnauit post eū.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-258/0201
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG